terita 2. futu ra: cognoscit quasi sint p̄e/ seria. ¶ No tādū qđ aliqs diceret. non ens non pos test alicui es/ se p̄sentē sed p̄teritum 2. futurū ē non ens ergo non potest esse p̄/ sens cognitō ni diuine. Di cendū qđ du/ plex est non ens. Quoddā qđ nullo mō est ens. 2. tale nō ē realiter p̄sens alicui cum nihil sit. Aliud est nō ens nō simpliciter sed quia actu nō est ens: 2. licet h̄ non possit realiter coexistere tēpori p̄sentē. tamen potest coexistere eternitati. quia eternitas cum sit ifinita excedit tempus p̄sens extē dendo se ad p̄teritum 2. futurum. Et sic p̄teritum 2. futurum sunt eternitati coexistentia p̄sentia liter: qz in eternitate non est successio. vnde non sequitur si ali quid coexistit eternitati: qđ pro tāto simpliciter existat quia eternitas etiā extendit se ad non existens sicut ad p̄teritū 2. futurū. ¶ Notādū. qđ deo oia sūt p̄sentia 2. si bi nihil est futurum. ideo scientia sua non est dicenda p̄/ scia que sonat aliquid futurum. nec debet dici p̄uidentia propter eandem causam. sed debet dici p̄ouidentia quasi p̄ocul constituta a rebus inferiorib⁹ oia p̄spiciēs. ¶ Quid igitur postulas. Dic soluit obiectiones superi⁹ factas contra p̄ouidentiam. Primo ergo ostendit quali/ ter h̄ obiectiones soluantur. secundo resumit primam obiectionem ipsam fortificando vt formalius soluatur Secunda ibi. Dic si dicas. Circa primum notandum qđ tres erant rationes. quarum prima 2. secunda fundanē super hoc. qđ nihil potest esse p̄fēsitū a deo nisi id sit ne cessarium. Tertia fundatur super hoc qđ euentus incer tus nō potest certitudinaliter cognosci. Facit ergo duo Primo ostendit qđ p̄scientia non imponit necessitatem rei p̄fēcite per qđ soluitur prima 2. secunda ratio. Secū do ostendit qđ scia dei nō mutat naturā rei: s̄z s̄lī stāt certitu do a pte scire i certitudo a pte euentus. per qđ soluit ter tia ratio. scda ibi. Quare hec diuina. Primo dicit. Ex qđ deus cognoscit omnia tāq̄ p̄sentia: quid igitur postu/ las vt illa fiant necessaria que lustrentur. i. cōprehendū tur. diuino lumine. i. diuina cognitione. cum nec homi nes faciant ea necessaria que p̄sentia liter videant ver bi gratia. Quō homo videt in presenti nō facit esse neces/ sarium. nunquid enim intuitus tuus addit. i. dabit ali/ quā necessitatem eis que tu cernis p̄sentia. dicit boe tius. Minime. Et philosophia. Si est digna collatio di/ uini 2. humani intuit⁹ respectu p̄ntis sicut vos videtis

terita 2. futu ra: cognoscit quasi sint p̄e/ seria. ¶ No tādū qđ aliqs diceret. non ens non pos test alicui es/ se p̄sentē sed p̄teritum 2. futurū ē non ens ergo non potest esse p̄/ sens cognitō ni diuine. Di cendū qđ du/ plex est non ens. Quoddā qđ nullo mō est ens. 2. tale nō ē realiter p̄sens alicui

cum nihil sit. Aliud est nō ens nō simpliciter sed quia actu nō est ens: 2. licet h̄ non possit realiter coexistere tēpori p̄sentē. tamen potest coexistere eternitati. quia eternitas cum sit ifinita excedit tempus p̄sens extē dendo se ad p̄teritum 2. futurum. Et sic p̄teritum 2. futurum sunt eternitati coexistentia p̄sentia liter: qz in eternitate non est successio. vnde non sequitur si ali quid coexistit eternitati: qđ pro tāto simpliciter existat quia eternitas etiā extendit se ad non existens sicut ad p̄teritū 2. futurū. ¶ Notādū. qđ deo oia sūt p̄sentia 2. si bi nihil est futurum. ideo scientia sua non est dicenda p̄/ scia que sonat aliquid futurum. nec debet dici p̄uidentia propter eandem causam. sed debet dici p̄ouidentia quasi p̄ocul constituta a rebus inferiorib⁹ oia p̄spiciēs. ¶ Quid igitur postulas. Dic soluit obiectiones superi⁹ factas contra p̄ouidentiam. Primo ergo ostendit quali/ ter h̄ obiectiones soluantur. secundo resumit primam obiectionem ipsam fortificando vt formalius soluatur Secunda ibi. Dic si dicas. Circa primum notandum qđ tres erant rationes. quarum prima 2. secunda fundanē super hoc. qđ nihil potest esse p̄fēsitū a deo nisi id sit ne cessarium. Tertia fundatur super hoc qđ euentus incer tus nō potest certitudinaliter cognosci. Facit ergo duo Primo ostendit qđ p̄scientia non imponit necessitatem rei p̄fēcite per qđ soluitur prima 2. secunda ratio. Secū do ostendit qđ scia dei nō mutat naturā rei: s̄z s̄lī stāt certitu do a pte scire i certitudo a pte euentus. per qđ soluit ter tia ratio. scda ibi. Quare hec diuina. Primo dicit. Ex qđ deus cognoscit omnia tāq̄ p̄sentia: quid igitur postu/ las vt illa fiant necessaria que lustrentur. i. cōprehendū tur. diuino lumine. i. diuina cognitione. cum nec homi nes faciant ea necessaria que p̄sentia liter videant ver bi gratia. Quō homo videt in presenti nō facit esse neces/ sarium. nunquid enim intuitus tuus addit. i. dabit ali/ quā necessitatem eis que tu cernis p̄sentia. dicit boe tius. Minime. Et philosophia. Si est digna collatio di/ uini 2. humani intuit⁹ respectu p̄ntis sicut vos videtis

Quintus

quedam hoc presenti temporario. i. in presenti temporis ita deus suo eterno intuitu oia cernit tam presentia.

C Notandum quod intuitus noster rei presentis nullam ipso necessitatem rei presentis. quod visio sortis currentis non ipso necessitatem sortis currentis. quod potest sortes currere vel non currere. Sic etiam intuitus diuinus qui oia presentia

ter cognoscit nullam ipso rebus necessitatem sed videt ea presentia: sicut futura sunt necessario futura: et contingencia videt continenter futura.

C Quare hec diuina prenotio. Dic ostendit quod circa contingencia consistant certa cognitio dei et incertus euentus rei dicentur. Quare hec diuina prenotio qua deus nouit futura. illa non mutat proprietatem rerum quo ad necessitatem et contingenciam. quod non imponit necessitates rei que contingens est. sicut talia apud se

spectat presentia qualia olim prouenient futura nec confundit rerum iudicia ut contingens faciat non esse contingens. sed vno intuitu mentis dinoscit tam necessarie quam non necessarie ventura. i. futura. Quod declarat in exemplo dicens. Sicuti vos homines quando pariter. i. in eodem instanti videtis hominem ambulare in terra: et solem oriri in celo. sicut utrumque simul sit conspectum: tamen discernitis hoc esse voluntarium. s. hominem ambulare in terra. et illud esse necessarium. s. solem oriri. Ita similiter diuinus intuitus cuncta despiciens. i. deorsum aspiciens. minime perturbat rerum qualitatem. s. contingenciam et necessitatem rerum. dico apud se presentium ratione eternitatis: sed futurarum ad conditiones temporis. Quo fit ut cognitio futurorum dei tam presentium non sit opinio. sed cognitio veritate nixa. i. confirmata. cum cognoscit aliquid esse exiturum. i. futurum. quod idem non nesciat. i. bene sciat carere potest necessitate existendi. **C** Notandum de hoc quod deus presentia omnia cognoscere. s. preterita et futura ponunt quidam exemplum de baculo fixo in aqua. qui successiue toti fluuii presentis est: quod partibus eius. sic eternitas simul est cum toto tempore et cum omnibus que fluunt in tempore. ita quod totum tempus et quicquid est successiuum in tempore: est presentis eternitati. ut si ponatur eternitas sicut centrum: et totum tempus sicut circūferentia. tunc licet circūferentia continue moueatur et pars toti succedat: tamen in comparatione ad centrum vniuersimode se habet. Aliud exemplum

ponitur de aliquo qui vadit per viam et non videt homines post se venientes. sed ille qui de alta turri respiceret: videret totam viam et homines per eam transeuntes tam precedentes quam sequentes. sic deus in speculo sue eternitatis respiciens oia presentia videt tam presentia quam futura

C Dic si dicas. Dic philosophia redit ad primam rationem superius positam: ipsam fortificando: ut formaliter soluat. et fortificat eas. Secundo soluit Tertio solutiones declarat. secunda ibi. Respondebo. tertia ibi. Due enim primo dicit. Si dicas hic. s. obuciendo illud non posse non euenire: quod deus videt euentum. quod tunc deus falleretur. quod autem non potest non euenire id ex necessitate potest contingere. et sic astringas me ad nomen necessitatis: ut concedam contingens aliquo

modo esse necessarium. Ego fatebor rem solidissime veritatis cui vix aliquis accesserit eam concedendo. nisi speculator diuini. i. diuine nature. Tunc soluit obiectionem dicens. Si coartaueris me ut concedam aliquam necessitatem futurorum. Respondebo idem quod futurum est quo ad nos. cum refertur ad diuinam notionem cui ipsum est presentis. dico necessarium esse. s. necessitate conditione nata. s. ratione presentie. cum autem idem futurum perpenditur in sui natura ratione cuius habet futuritatem et indeterminationem in sui causa necesse est videri liberum

C Notandum quod sicut illud quod in se est contingens quando est nobis presentis ratione presentie sortitur quandam necessitatem qua necesse est ipsum esse dum presentis sit. quod omnia sunt deo presentia. ratione istius presentie in ordine ad ipsam diuinam cognitionem sortuntur quandam necessitatem: sicut in sui natura prorsus videantur libera.

C Due enim sunt necessitates. Dic philosophia declarat solutionem per quandam distinctionem necessitatis. et eam applicat ad propositum. Secundo concludit ex premisis simul stare quod aliqua sunt secundum se contingencia et incerta: que tamen eueniunt certitudinaliter in quantum a deo preuisa. Secunda ibi. Sicut igitur proculdubio cuncta. primo dicit. Due sunt necessitates. vna simplex que est necessitas nature. sicut omnes homines necesse est esse mortales. Alia est necessitas conditionis ut si scias hominem ambulare: illum ambulare necesse est. quod quod quod

nouit. illud non potest aliter esse q̄ notū est. sed hec con-
ditio. i. necessitas conditionata. minime trahit secuz sim-
plicē necessitatem. qz necessitatē cōditionis non facit p-
pria natura: sed adiectio cōditionis. Nulla enim necessi-
tas cogit incedere. i. ambulare volūtātē gradientem. i. am-
bulātem. quāuis necessarium sit ipsum incedere. i. am-
bulare tunc

cuꝝ graditur
.i. ambulat.

Hac distinctio
nem applicat
ad propositū
dicens. Eodē
mō si qd̄ pui-
dentia diui-
na p̄s̄ videt
illud esse ne-
cessē est. s. ea
p̄ditione qua
p̄uisū est. z q̄
pōit sibi p̄s̄.
Quis nullam
habeat neces-
sitatē nature
sed de ea fu-
tura contuet̄
tanq̄ p̄ntia. q̄
ex libertate
arbitry pue-
niunt. igitur
hec relata ad
intuitum di-
uinum fiunt
necessaria p

si quid p̄uidencia p̄s̄ens videt
id necesse est esse: t̄aetsi nullā ha-
beat nature necessitates. Atqui
de ea futura q̄ ex arbitry liber-
tate p̄ueniunt: p̄ntia p̄uet̄. Hec
igit̄ ad intuitū relata diuinū neces-
saria fiunt p̄ p̄ditionē diuine no-
tiōis: p̄ se v̄o p̄siderata ab abso-
luta nature sue libertate nō desi-
nūt. F̄s̄it igit̄ p̄culcubio cūcta q̄
futura de ea esse p̄noscit. S̄z eoz
quedā de libero p̄ficiunt̄ arbi-
trio. que qūuis eueniāt existēdo:
t̄n̄ p̄pria naturā nō amittunt. qz
p̄iusq̄ fierēt etiā nō euenire po-
tuissēt. Quid igit̄ refert nō eē ne-
cessaria cū p̄pter diuine scientie
p̄ditōez modis oibus necessita-
tis istar eueniāt: Hoc sc̄z q̄ ea q̄
paulo āte p̄posui solozies z gra-

cognitionē diuine nottonis. per se vero. i. in sui natura n̄
habito respectu ad diuinā cognitionem. ipsa nō desinūt
.i. deficiunt ab absoluta. i. a perfecta libertate sue natu-
re. ¶ Notandum s̄m intentionem boety ista ratio. quic-
quid est prouisum a deo necessario euenit: soluntur dicē-
do. q̄ verum est q̄ necessario euenit necessitate conditō
nata. sed non necessitate absoluta. Alij aliter soluunt. q̄
illa propositio est vera in sensu composito: sed falsa in
sensu diuiso. vnde cū dicitur. Quicquid p̄uisum est neces-
sario euenit. verum est in sensu composito: qz impossibi-
le est prouisum a deo non euenire. tamen in sensu diuiso
falsa est: quia euentus rei saltem contingentis in se non
est: necessarius.

¶ S̄iunt igitur proculdubio cuncta que. Dic̄phia con-
cludit ex predictis q̄ ista simul stant. q̄ aliqua s̄z se sūt
contingentia z incerta: que tamen certitudinaliter eue-
niunt inquantū p̄uisa a deo. Secundo obycit contra
hoc ibi. Quid igitur refert nō esse necessaria cū. ¶ Primo
dicit. Proculdubio cuncta futura sunt que deus p̄no-
scit eē: alioquin falleretur diuina p̄uidencia. sed que-
dam eoz p̄ficiunt̄. i. procedunt d̄ libero arbitrio. ita
q̄ quantū est de esse ipsorum possunt nō euenire. vnde
subdit. que qūuis eueniant tamen non amittunt propriaz
naturam libertatis. qz p̄iusq̄ fierent potuissent nō eue-
nire. ¶ Nota q̄ tota intentio boety fundatur sup hoc.
q̄ aliquid libere futurum ex sui natura in comparatio-
ne ad p̄scientiam diuinam necessario euenit. z talis ē
necessitas conditionata. quia inquantum p̄uisum est
sic necessario euenit. s̄z nō absolute circūscripta p̄uisiōe

¶ Quid igitur refert. Dic̄ obycit p̄tra solutionē z soluit
obiectionem. Secundo contra illam solutionem obycit

ibi. Sed si inquires in mea. Obiectio in hoc consistit. Ex
quo futurum contingens p̄scitur certitudinaliter eue-
nit z necessario: non videtur esse differentia inter conti-
gens z necessarium. vnde dicit. Quid igitur refert conti-
gentia z libere futura non esse necessaria. cum ipsa eue-
niant instar. i. ad similitudinem necessitatis. Tūc soluit

dicens. Qz in-
ter euentum
necessarium
z contingen-
tē hoc refert
qd̄ māifestū
apparet per
exempla que
pauloante p̄-
posui. s. q̄ sol-
oziens z ho-
mo gradiens
que dum sūt
non fieri nō
possūt. Et ita
vtrunq̄ ē ne-
cessariuz sub
conditione p̄-
sentie. p̄sen-
tia enim ne-
cesse est esse
dum sunt p̄-
sentia. tamen
vnum eozuz
.s. sol oziens
p̄iusq̄ fieret
necesse erat
existere. alte-

diens hō: que dū sūt nō fieri nō
p̄nt: eoz tamē vnū p̄i^o quoq̄ q̄
fieret nece erat existere. aliter v̄o
mime. Ita ē q̄ p̄ntia de h̄z: p̄o-
culdubio existūt. Sed eozū hoc
qd̄ de rez necessitate descendit
illud v̄o de p̄tate faciētū. Naud
igitur iniuria diximus. hec si ad
diuinā noticiā referant̄ necessa-
ria. si p̄ se considerent̄: necessita-
tis eē nexibus absoluta. sicuti oē
qd̄ sensib^o patet: si ad rōnē refe-
ras vniuersale est: si ad seipsa re-
spicias: singulare. Sed si i mea
inques p̄tate sitū est mutare p̄o-
sitū: euacuabo p̄uidētiā: cū q̄ illa
p̄noscit forte mutauero. R̄n-
debo. ¶ Propositū te qd̄ tuū pos-
se deflectere. s̄ qm̄ z id te posse:
z an facias: quoue p̄uertat: p̄s̄

rum vero. s. homo gradiens minime habet necessitatem
fieri anteq̄ fiat. ita etiam illa que deus habet presentia
p̄culdubio existūt propter necessitatē conditionis qua
sunt p̄uisa euenire tāq̄ presentia. Sed eoz que sic sunt
p̄uisa hoc de rerum necessitate descendit: sicut solem ori-
ri. illud de potestate facientium. s. homines ambulare.
ex quo cōcludit. ideo non iniuria diximus hoc p̄ius. q̄ il-
la que contingenter eueniunt si referantur ad diuinam
noticiam sunt necessaria. s. ex conditione diuine scie. Si
vero per se considerentur ipsa sunt absoluta a nexibus
.i. a vinculis necessitatis. qd̄ manifestat per simile. sicuti
si id qd̄ patet sensibus: si referas ad rationem tunc est
vniuersale. si aut̄ referas ad sensum tunc est singulare.

¶ Notandum q̄ si idem relatum ad diuersa potest eē
vniuersale z singulare: videtur similiter q̄ idem p̄para-
tum ad diuersa possit esse contingens z necessarius. Nā
particulare h̄z rōnez cōtingētis z vniuersale rationē ne-
cessary. Sed videmus q̄ humana natura comparata ad
intellectum agentē abstrahentem a conditionibus idi-
uiduantib^o: z cōparata ad intellectū possibilē habet ra-
tionem vniuersalis. sed cōparata natura humana ad sen-
sum qui particulariter cōprehēdit: habet rationē singu-
laris. Nā vniuersale est dū intelligit̄. particulare v̄o dū
sentit̄. Similiter erit de futuro cōtingētī q̄ ipsū cōpatū
ad diuinā p̄sciaz est necessariū cōditionaliter. in se autē
consideratum habet se contingerent.

¶ Sed si i mea inques. Dic̄ obycit cōtra solutionē iā di-
ctā. z soluit illā obiectionē. sc̄do mouet dubitationē. ibi
Quid igit̄. ¶ Primo dicit. Tu obycies cōtra solutionē sic
Si i p̄tate mea est mutare p̄positū meū. s. currēdo vel n̄
currēdo. ego euacuabo. i. frustrabo p̄uidētiā diuinā. cuꝝ

Quintus

ego mutauero illa que p̄noscit esse futura. ipse soluit di-
cens Ego n̄debo te posse deflectere. i. mutare p̄positū
tuū. s̄z veritas p̄uidētie illa intuet̄ illud te posse. i. mu-
tare p̄positū. 7 an facias qđ p̄positū mutas. 7 ituet̄ quo
cōuertis tuū p̄positū. ideo scias te nō posse vitare diui-
nā p̄sciam sicut i q̄uis libera voluntate te cōuertas i va-
rias actiones

tu non possis
effugere itui-
tū p̄ntis oculi
Nota qđ
hō possit mu-
tare p̄positū
suū: per hoc
tamen nō ef-
fugit p̄sciē-
tiam diuinā
qđ deus illā
mutationem
p̄noscit. p̄si-
to enī qđ de p̄-
uiderz te cras
iturū ad for-
q̄uis possit n̄
ire 7 pponas
nō ire. non ta-
men nō ibis
qđ deus pui-
det simul 7 p̄-
positū 7 pote-
statē non eū-
di: 7 mutatio-
nē p̄positi 7
actionē eūdi
7 ideo nō po-
tes aliq̄ mo-
do effugere
ei p̄sciētā

Quid igit̄ inges. Dic mouet dubitationē dicēs. Tu for-
te inges. qđ igit̄ cōtingat ex ista solutione: mutabit̄ ne-
scia diuina ex mea dispōne. i. ex mea variatione. s̄. cū ego
nunc veli hoc nunc aliud. videt̄ ne p̄scia diuina ex hoc
alternare. i. mutare vices suas noscendi. i. cognoscendi
ipe n̄det. minime contingit hoc qđ diuina scientia mu-
tet̄. qđ diuin⁹ intuitus p̄currit oē futurū 7 retorquet̄ illō
ad p̄sciam p̄prie cognitionis cognoscēdo oia simul tāq̄
p̄sentia. nec alternat. i. mutat vices suas p̄noscēdi. i. p̄-
cognoscendi nunc hoc nunc illud. s̄. successiue sic tu esti-
mas. sed manens liber a mutatione vno ictu p̄uenit 7 cō-
plectitur tuas mutationes. quā p̄sentia cōprehenden-
di oia tāq̄ p̄sentia deus nō sortit̄ ex rebus futuris. s̄z
ex propria simplicitate. ex quo resoluit̄. i. declarat̄ illud
qđ pauloante posuisti. s̄. indignū esse si futura nostra di-
cantur prestare cāz scie. dei. vis. i. virt⁹ enī scie diuine cū-
cta cōplectēs p̄sentia. ipsa cōstituit. i. iponit. modus
oib⁹ rebus. qđ scia dei est cā rex. ipsa vero nihil debet
ipsis rebus qđ nihil ab eis accipit sicut nos accipim⁹ sci-
entiam a rebus. Nota si de⁹ simul non cognosceret
ea que successiue eueniunt in tempore: tūc scia dei esset
variabilis. p̄ hoc qđ cognitionē vni⁹ succederet cogni-
tio alterius. s̄z qđ omnia simul cognoscit tāq̄ p̄sentia iō
in sua scia non cadit variatio: vt prius nesciat esse alicui-
us 7 postea sciet. vel qđ p̄us sciat hoc non esse 7 postea
esse. immo simul oia cognoscit. 7 iō sil scit aliqd nō esse
i vna d̄ria t̄pis mēsurātis rē 7 eēi alia d̄ria t̄pis.

puidentie veritas ituet̄ diuinā te
p̄sciaz nō posse vitare. sicuti p̄ntis
ocli effugē n̄ possis ituitū: q̄uis
te i varias actōes libera voluntate
puertas. Quid igit̄ inges? Ex
mea ne dispōe scia diuina muta-
bitur: vt cum ego nunc hoc nūc
aliud velim: illa quoq̄ noscendi
vices alternare videatur. **B. Ad
nime. P̄. Omne nāq̄ futurum
diuin⁹ p̄currit ituit⁹: 7 ad p̄sentia
am p̄prie cognitionis retorquet̄
ac reuocat: nec alternat: vt tu esti-
mas: nunc hoc nūc illud p̄noscē-
di vices: s̄z vno ictu mutationes
tuas manēs p̄uenit atq̄ p̄plecti-
tur. Quā p̄prehendēdi oia visen-
diq̄ p̄ntia: non ex futuraz p̄uentu-
rerum: sed ex propria de⁹ simpli-
citate sortitus est. Ex quo illud
quoq̄ resoluit̄ qđ pauloate po-
suisti: indignū esse si scie dei causā
futura nostra prestare dicantur.**

Que cū ita sint. Dic cōcludit̄ exp̄missis cōpassibilita-
tē liberi arbitri cū p̄ntia diuina dicēs. Que cū ita sint vt p̄-
dictū ē manet libertas arbitri itemerata. i. icorrupta.
Nec leges pponūt hoib⁹ penas 7 p̄mia iniq̄. i. iii. ste vo-
luntatib⁹ n̄ris solutis. i. liberatis ab oī necessitate. manet
etiā imobilit̄ de⁹ p̄sci cūctoz. 7 p̄ns eternitas sue vi-

Hec enim scievis presentaria no-
tione cuncta cōplectens: reb⁹ oī-
bus modū ipsa p̄stituit: nihil ve-
ro posteriorib⁹ debz. Que cū ita
sint: manet itemerata mortalib⁹
arbitri libertas. Nec inique le-
ges solutis oī necessitate volun-
tatib⁹ p̄mia penasq̄ proponunt
Manet et̄ spectator desup cūcto-
rum p̄scius deus: visionisq̄ ei⁹
p̄sens semp eternitas cum n̄roz
actuū futura q̄litate p̄currit bo-
nis p̄mia mal̄ supplicia dispen-
sas. Nec frustra sūt i deo posite
spes p̄cesq̄: qđ cū recte sint: ieffi-
caces eē nō p̄nt. **Aūs amini igit̄ vi-
cia. colite virtutes. ad rectas spes
aiuz s̄bleuate. hūiles p̄ces i excel-
sa porrigite. Magna vobis ē: si
dissimulare nō vultis: necessitas
idicta p̄bitatis: cum ante oculos
agitis iudicis cuncta cernentis.**

FINIS

Auersamini igit̄ vicia. Dic p̄hia subiūgit̄ exhortatiōz
vtile dicēs. Ex qđ sic ē qđ nō estis coacti necitate ad faciē-
dum aliqd. s̄z manet i vobis libera voluntas. Ideo auersa
mini. i. spernite vicia. ne p̄ ea iuste icurratis penas. colite
.i. exercete virtutes. p̄ q̄s merita p̄sequimini. subleuate
animuz v̄m ad rectas spes qđ i verā b̄titudiez tēdūt. por-
rigite i excelsa. s̄. ad deū hūiles p̄ces. 7 b̄ merito faciatis
qđ si nō vultis dissimulare auertēdo aiuz v̄m ab his. tē-
magna vobis ē idicta necessitas p̄bitatis. i. vtutis. qđ il-
lud qđ agitis nō p̄t latere illū qđ iudex actuū v̄roz. v̄n
subdit. Cū agatis ante oculos. i. cū actiōes v̄re sint i p̄spe-
ctu iudicis cūcta cernētis. s̄. dei. Nota vicia sūt sp̄nen-
da: qđ reddūt boiem seruilē. Nā qđ facit peccatū seru⁹ est
peccati. Et. Seneca dicit. Si scire deos peccata ignosci-
turos 7 hoies ignoraturos: ad huc p̄pter vilitatē peccati
peccare erubescerē. Virtutes at̄ sūt collende: qđ virtus
ē qđ habētē p̄ficit 7 op⁹ ei⁹ bonū reddit. Recte spes 7 rec-
te p̄ces sūt deo porrigende: qđ his deo p̄iūgimur 7 ipsum
allogmur. 7 si nō dissimulam⁹ negligēdo p̄dicta: magnā
virtutis p̄bitatē nobis idictā 7 p̄misā inde p̄sequemur
qm̄ oia qđ agim⁹ sūt i p̄spectu dei cūcta cernētis. Sicut ei
scribit̄ ad hebreos. iiii. Omnia nuda 7 aperta sunt oculi
eius: qđ est de⁹ benedictus i secula seculoz Amen.
Quicy Torquati Seuerini Boety viri nois celebri-
tate q̄ memorādū: text⁹ de p̄bie solatione: cū editione
cōmētaria beati Thome de aquino ordinis p̄dicatoz.
Sinit feliciter.

tionis concur-
rit cū futura
q̄litate. s̄. bōi-
tate 7 malicia
nostroz actu-
um dispensat̄
.i. distribuens
bonis p̄mia 7
malis suppli-
cia. nec fru-
stra sunt possi-
te p̄ces 7 spes
in deo. que n̄
p̄nt esse ieffi-
caces cū sint
recte. Nota
ex quo p̄p-
libez arbitri-
us p̄nt res sic
7 aliter eueni-
re: nō iniuste
bonis p̄mia
7 malis sup-
plicia pponū-
tur. nec spes 7
p̄ces frustran-
tur. frustrarē-
tur at̄ oia hec
si oia vinculo
necitatis vtē-
ren̄. sicut pa-
tet ex dictis.

*Quare vicia p̄-
p̄nenda*

*Virtutes sūt
collende*

Prologus

In diui. Seuerini. Boety de scolariuz disciplina cōmentarium feliciter incipit.

Solū hoies nexū fore dei z mūdi: Hermes ipe phōz p̄ ad esclapiū scribēs iā lōge testat̄ ē: eo q̄ intellectū diuinum in se hz p̄ quē aliqñ supra mūdū ita eleuat̄ vt ēt mundi materia sequat̄ ceptiōes ei⁹. Et hoc i optime natis potissime videmus hoib⁹: q̄ suis aiab⁹ agūt ad corpoz hui⁹ mundi trāsmutationē: ita vt miracula facere dicāt̄. Et ideo i ea parte homo ipse ad dei imaginem fact⁹: qua mundo ipōnectit̄: non mūdo subycit̄ s̄z p̄ponit̄ vt rector ac guber nator. Et hoc Dauid ille iustus psalmoz libro nouerat cū dixit. Minuisti eū paulomin⁹ ab angelis zc. Omnia subiecisti sub pedib⁹ ei⁹. Quod egdem z tūc maxime fieri liquet cum doctrinis disciplinisq; i mentis culmē tra hitur: ibiq; i arce cōstitutus veluti specula corpus h̄moz tale: quod animam aggrauat respicit dirigit z gubernat Quas ob res non ab re estimādū putatur vt hoies plus ceteris arte z ratione degentes naturaliter domini z re ctiores aliorū existant. Verūtā mē si vel per electionem aut inclinatiois irrefrenate affectuz homo ipse mundo se inferioz fecerit: iā quasi honore humanitatis exutus: ac sic tandē i aliaz terga ferarum se transformās pprie tatē bestie accipit. Sic per cōcupiscentiā porcus ē i fact⁹: p̄ irā canis. per rapinam leo. perq; alia z alia in aliaz be stiarū trāsmutat̄ naturā. Et hanc trāsmutatiōz Plato ipse secūdā animozū incorporationē dicebat. At qui ne dū hanc mentis alterationem putandū est: verū qui sic mundo inferiozem se fecerit necesse est: vt etiā ab exp̄ssa mēbroz specieiq; represētatiōe quolibet abducatur Ex quo fit: vt Aristoteles inquit in ethicis: q̄ laborantes in passionibus venereis z crapule maxime secūdū corpus alterātur. Et huius signū est aialia multuz coeuntia cito fenescere: pluresq; gula q̄ gradio interiere. Laborādū ergo totis viribus totozq; conamine ne ipsis concupiscētys atq; indignationū affectib⁹ homo ipe ymago quidē atq; specimē sui creatoris mētis ab arce detrahāt: vt sic mū do inferior fiat sed perturbationes illas: quas greci pate dicunt: cōcupiscētias. s. atq; iclinati onū affectus aut era dicet z extirpet: vel saltem frāgat moderet regat: z qua si infrenes equos quibusdā rōis ipsius lupatis: vt ita di cam: coerceat. vt quod fragili caduceq; nature negatū extat magni p̄ocratis exmplo studio atq; disciplina cō sequatur. Dui⁹ nēpe discipuli: sicuti Aristoteles ait: atq; post eū albert⁹ magnus cū iam eius sanctissimos mozes diuināq; sapiētiaz mirarentur vice quadā Philemoni phisonomo ypocratis ymaginē ad iudicandū hominis mozes detulerunt. Quam cū philemon arte inspexisset atq; membrū mēbro p̄parasset: vimq; signoz naturali um: que supra corpus z aiāz significare clarū est: cauti⁹ aduertisset: pnunciāuit qz vir luxuriosus esset deceptor atq; coit⁹ amās. Illis vō idignātib⁹ atq; Philemonē icl⁹ pātib⁹ qm̄ de optimo viro. cui vix nā silez efficere posset: tāta iudicia pnūciafz: iudiciū ypocrati dtulerit. ypocras at moz suoz atq; iclinationū p̄sci⁹ Philemonē vera p̄ tulisse p̄fessus ē. vtz ex phie amore atq; honestat⁹ cupiscētias sui cordis sevicisse dixit. z sic qd nature negatū fuerat p̄phiaz accepisse. Quā qdē nil aliud fore Aristo. docuit qz victoriā atq; cupiscibiliū abstinētiā. Plato at donū dixit optimū: q̄ ad bñ brēq; viuēdū nil meli⁹ exco gitari posset. Tulli⁹ vō iuētū deoz referebat z itē aliis oīuz disciplinaz parētē atq; vite duclalūnā dixit: ad quā baud facile sine disciplinabilitate: q̄ hō plus cetera iāntib⁹ p̄stare dz puenire atigit. Das ob res. Seuerin⁹ boe ti⁹ ad martiani rogatū atq; erudiēdoz p̄fectū libzū edi

dit: e⁹ istitut⁹ veluti qdā duce methodo atq; tramite gli bet i yberrimū phie cāpū a cunabul: vt aiūt: pp̄si⁹ pdu caſ. Ad libri at̄ seriē p̄sq; dueniat̄ auctoz moze ea p̄mit tēda sūt q̄ cāz suscepti opis elucidāt. titulū declarāt. itē tionē actoris. atq; phie p̄re cui liber subordineſ demon strāt. Circa p̄mū igit qm̄ nihil fit: vt Plato i thimco cen suit: cui⁹ ortū n̄ legitima cā z rō p̄cedat: cause libri q̄tuoz enumerāde sūt. final. s. p̄ma q̄ i itētōe ponit̄. formal. effi cēs. z mālis. Mālis q̄ z subiectū dī: eo q̄ circa ipsā acto ris v̄saſ itentio. est aptitudo recipiēdi doctrinā a docēte. Circa h. n. v̄saſ Boety itētio vt erudiendū aptū reddat ad doctrinā p̄ceptoris recipiēdā. Cā finalis q̄q; q̄ ēt vtili tas libri dī ē erudiēdoz vtilitas: q̄ est vt plecto h̄ libro a rudib⁹ ipsi suis istitutis ad veritatis philosphice cogni tionē pducant̄. Cā efficiēs duplex ē mouēs z mora. Mo uēs q̄rūdā opinione Martian⁹ capella q z libzū nuptia rū mercurij z philogie cōscripserat. quēq; z Boe. i sola tu phico i scribēdo secut⁹ fuisse dī: s̄z tñ hoc paz momēti habere arbitrādū ē cū martianus ipse tāta doctrina at q; scribēdi copia p̄re ceteris doctus euaserat vt si qd con scribēdū ad scolariū vtilitatē cōsperisset nō sabrogatum quēpiā s̄z seipz opus ipz subituz nō dubitasset. vtz tñ ē: Martianū quēdaz q̄cūq; ipse sūt Boetio tñ carū eidem hoc opus iniunxisse quēadmodū ex libri probemio lucu lenter inotescit. ingt. n. Vestra nouit intentio zc. vestrīs martiane petitōibus tenrabo accescere. z hec cā mouēs atq; suscepti operis eē poterit. Cā aut̄ efficiēs mota ē ipe Boeti⁹ vti i ipsi⁹ libri titulo statim subiūget̄. s̄z cā formalis libri huius sicuti z alioz libroz duplex est. vna. n. est for ma tractādi: alia forma tractatus. Forma tractādi i mō p̄sistit. p̄cedēdi z hic mod⁹ diffinitiu⁹ ē diuisiu⁹ atq; exē ploz positiu⁹ quēadmodū itūētū libri p̄cessū clari⁹ ino tescit. Forma vero tractat⁹ ē libri diuisio i capitula: atq; capituloz i suas partes. z priū in p̄riculas. Et hec de cāis libri sufficiāt. Nūc de libri titulo diuti⁹ imorādū est. vñ notādū. Titulus ē breuis anotatio eoz q̄ diffusi⁹ i seqnti opere p̄tinent̄. Et dī a titan qd ē sol vel illuminās q̄si ti tan⁹: qm̄ libzū illuminat atq; sequētia declarat. Titulus ergo libri hic ē. Auity. Manly. Seuerini. torquati excō sulis patritij ordinarij Boety viri illustri de scolariū di sciplina liber feliciter incipit. S̄z forte querat aliqs quare tot noia Boetio iponant̄. ad qd respōdēdū ē qm̄ p̄suetu do romanoz fuit auoz noia sibi ascribere. vel qz ob ho nozē z laudē hec sibi iponūtur. Dici ergo auiti⁹ a roma no quodā ei⁹ nois. vel auiti⁹ q̄si iuict⁹ ab a qd ē sine z ni cos victoria. vici. n. minime potuit: neq; n. vnq; i prospe ris elatū se nouerat neq; dep̄sū i aduersis. semp. n. equo aīo se p̄buit veluti sine vituperio tetragonuz qd v̄bicūq; p̄yciat̄ recte stat. sic z Boetius nec amore nec odio vinci poterat. quod z ipse testatus est libro p̄mo prosa quarta solatus phici cū ingt. nūq; a iure ad iūrtā me q̄sq; de traxit. Manli⁹ a manlio romano sui generis dict⁹ ē. Tor q̄t⁹ a torq̄to eadē rōe. Seuerin⁹ a seueritate. seuerus. n. fuit cū Theodorico regi gottoz ob rē saluādā publicā se opposuit pp̄ qd papie i exiliū missus m̄to cruciatu vexa bat sicuti i tēpe tāgit i libri h̄ p̄ncipio cū dicit. z i humani re gis cruciatu corrosus zc. z pleni⁹ i li. de sola. phie. quē vt cruciat⁹ sui miserā d̄plāgeret ad h̄ aptissime p̄scribebat Excōsul vō fuit qz vn⁹ ex cōsulib⁹ rōanis. vel excōsul qz eē p̄sulatū possit⁹. Patrici⁹ qz vn⁹ ex patrib⁹ q̄ p̄plo roma no senatuq; p̄fuerāt q̄ p̄res p̄scripti dicebant̄ eo qz eozū noia l̄ris aureis i capitolium scribebātur. Ordinarius. qz tanta mozum atq; sapie prerogatiua exculit vt z cuilibet ordini dignus putaretur. Boetius vero dicebatur a boe tus qd adiutor son at discussoz publicaz rōnum vt vult

ca. effin
mot
mota

ca. fac
mota

ca. de
mota

Prologus

glo. in. l. Boetius. L. de tabularis. li. x. et binc boeti^o no-
men cepit qm̄ fu it coadutor: ad publicas ratōes discu-
siendas vt dicit. Jo. de platea i dic. l. boetos. Nec ergo
noia vel agnomina aut cognomina Boetio attributa
sunt aut cognatione aut amicitia aut certo eu entu ne-
cesse est sicuti et reliquis rōanis noīuz pluralitas attri-
buebat sicuti

M. tullio ce-
ro. p. Virgi-
li^o Maro rē.
Additur in ti-
tulo de scola-
riū disciplina
vt actoris ist-
nuei intentio
Cū eni vidis-
set ipse Boe-
ti^o inumeros
pene erudien-

Ultra nouit itētio d sco-
lariū disciplina cōpēdio
lū postulare tractatū. vti
nā a spūs mei puitate. put facul-
tas suppetit: igenūq; dclīnitas:
erūnazq; tenacitas: amicis vris
o Marciane petitionib⁹ tētabo
aqescei. Et lz duplici gñe cōmē

dos pter modū ordinem atq; regulaz ad doctrinam an-
belare: et eapropter minime doctos euadere ipse cōi mi-
sertus vtilitati rudiū vt tante iordinationi obuiam iret:
mōuz atq; discendi formā instituit i hoc libro: quo ip-
sis rudibus primo prima elementa subministranda cē-
sunt. adultos discipline magistratūq; subyiciendos cō-
monuit. elatos reprimit. proficientes sagaci pūllone
refouet. pūillos magistratūq; venerabiles reddit atq; tā
dē ipsoz magistratū statū erga subditos concludit.
Subdit in titulo feliciter incipit. feliciter inquātā ea fe-
licitate q̄ sūmū bonū est q̄q; infortune bonis cōsistit.
Est eni liber iste grad⁹ atq; scala q̄ i cognitōem veritatis
puenit que est sapia q̄ adepta oia bona raz fortune q̄ ai-
piter cū illa adipiscunt vt Salomō ipse testat. Postre-
mo aut cui pti phie subordinate vidēdū. subordinate autē
ethice qz de morib⁹ discipuli erga magz loquitur qd ad
ethicā reduci. Declarata ergo sūt hec gñq; si recte cōsi-
derabis que actorz more i libroz pncipis frequēter reci-
tant et his metris pphendunt. Utilitas titul⁹ itētio pars
q; sophie. Quattuor ac cause rem totaz pficientes. q̄ de
re ad litteram accedamus.

Ultra nouit itentio rē. Presens liber Boetii qui
est de scolariū disciplina prima sui diuisione in
duas partes diuidit. s. i. pbeniū et tractatū. tra-
ctat⁹ icipit ibi. Cū igit idiscreti. Probemū in tres ptes
diuidit. In prima ponit itētionē suā atq; itētionis cām
subiūgit. In secūda ordinē dicēdoz i hoc opere seruādū
premittit. In tertia mōuz pcedēdi ponit. scda ibi. In p-
mis prima. tertia ibi. Nec aut. Prima pars i duo diuidi-
tur In primo facit qd dictū ē itētionē suā pouēs. In secū-
do cām itētionis assignat ibi. qd eni gynnaſioz. Prima
iterū i duas. i. prima facit eō dictū ē. In scda arrogātiā d-
uitat ibi. O vtinam Et dicit. boe.

Marciane et in hoc beniuolētiā captat ipsū proprio
noīando noīe. vfa intentio nouit postulare. i. petere tra-
ctatū ppediōsū. i. breuē et vtilē et hoc ad dīaz dispēdy di-
ctū ē qd plixū et inutile cēsef. Hortaturq; i hoc auditorē
ad docilitatē ex doctrine cōpēdio de scolariū disciplina
.i. discēdi norma et i hoc auditorē attētū reddit ex doctri-
trine vtilitate. Et sic i hac parte prima tria facit. beniuo-
lētiā captat. ad docilitatē hortat. atq; attētōez auditorz
suscitat et segtur. O vtinā subaudi illud postularef a pui-
tate mei spūs. i. igenū. deuitat ei i hoc arrogātiā. Tunc
Boe. scribēdi on⁹ acceptās dicit. Paruitate mei ingeny
n̄ obstāte ego Boeti^o tētabo acqescei. i. ddescēde ami-

cis. i. amicabilib⁹ ruis petitionib⁹. et hoc put. i. inquātum
facultas. i. sapientia mea suppetit. i. subministrat et iquā-
tū dclīnitas. i. debilitas igeny mei. qz p et tenacitas. i. du-
ricies vel cōpassio erūnaz meaz. i. calamitatū meaz. s. b-
audi suppetunt lz p q̄uis sim ipeditus subaudi sic vt id
baud facile efficere possim duplici gñe. i. manerie cōmē-

toz sim ipedit⁹ nō tñ oio diuer-
forum: in quasdam Aristote-
lis: nec non alioruz philosofo-
rum editiones: proprioq; arte-
nuatus studio: et inhumani re-
gis gottorū cruciatu corrosus:
philosophico me pueniēte cōso-
latu: extremaq; pfunde trinitatis

toz hoc ē quo
rūdas libroz
expositor: n̄
n̄ oio. i. penit⁹
diuersoz. cō-
mētoz dico i
q̄sdā editōes
.i. compilatio-
nes Aristote-
lis illi⁹ pipa-
tetti et aliorū
philosofoz
eas subaudi

exponēdo ac quasdā e greco in latinum trāfferēdo qz p et
lz sim attenuatus. idest virib⁹ exhaust⁹ proprio studio vt
sic vix pmissis vacare possim: et lz sim corrosus. i. attenu-
atus. et trāsūprie loq̄t. nā corrodere proprie ē dētib⁹ di-
laniare. cruciatu. i. to: mēto ihumani. i. crudelis regis got-
toz. s. i. theodorici et hoc philosophico cōsolatu. i. libro que
de cōsolatione phie ediderat pueniēte. qz p et lz sim pmo-
li⁹. i. attenuat⁹ extrema. i. sūma. pspicatione. i. subtilita-
te trinitatis pfunde. i. alte quo ad itelligēdū. quasi dicat
lz oib⁹ his supra vires ipediar nihilomin⁹ qm̄ tāta vis est
iter nos amicitie vt nihil tuarū petitionū tibi negare qz
az ppterea tuis petitiōib⁹ acqescei tētabo. **N**otādū
Boetius libzū suuz nominat de scolariū disciplina. vñ i
ter disciplinā et facultatē hoc itereſt qm̄ disciplina a di-
scēdo dicit qd sciētā recipere sonat quare disciplina i di-
scipulo est. doctrina vero in magistro. facultas aut ē sciē-
tia vel pfectio i vtroq;. disciplina et doctrina in motu sūt
facultas in quiete. **N**otandum circa hoc quod dicit li-
cet duplici commentozum. Boetius intelligens homi-
nes non dum sibypsis fore natos sed amicis et patrie atq;
cōmuni omnium vtilitati. sic nempe diuinus ille plato
architam tharentinuz mouit vt non solum sibi natum
se memineret sed patrie et suis vt per exigua pars sibi re-
relinquatur. quod prospiciens Boetius vt posteris me-
moriale quoddam eternum post se reliqueret: nūc i phi-
losophorum libris exponendis. nunc in grecis codicibus
vt latine nobis coram loquerentur transferendis: nunc
etiam in proprioz traditione dies noctesq; expleuit
qua in re tanto nisu tantaq; lucubracione indies teneba-
tur vt materiam sue criminationi daret. Dum enim stu-
dio atq; exponendorum librozum commētarijs reliq;
q; omnibus que ad hec attinent sedulo vacaret: moris
sui extitit vt hominum consortia fugeret atq; in biblio-
thecam quam domi philosophie constituerat refertis-
simam. se reciperet. quas ob res morum suozum emuli
ipsum demonibus alloquentem falso criminabantur
ad instar magni socratis. de quo et Apulegius impune
opinatus est qz familiarem deum haberet sibi obsequē-
tem de quo et librum edidit quem de deo socratis intitu-
lauit. a qua criminatione se excusans Boetius libro pri-
mo de consolatione proſa quarta philosophiam ita allo-
quitur. Atqui et tu instā nobis omnium rerum mortā-
lium cupidinem de nostri animi sede pellebas et sub tu-
is oculis sacrilegio phas locū esse nō erat. instillabas ei
aurib⁹ cogitatōibusq; q̄tidie meis pictagoricū illd. deo n̄

*Disciplina
doctrina*

Intellectus
Intelligentia
Intelligibilitas
Differunt

Ingenium
Erudina

Comentus

Dys seruiēdū. nec sueniebat vilissimoz me p̄silia spūz
caprare quē tu i hāc excellētiā p̄ponebas vt p̄siles deo fa
ceres. hec ille. ¶ Notādū igenium est iterior vis animi
quo sepe iuenim⁹ que ab alijs nō didicim⁹ dictum quasi
iūs genitū. s. a natura. ¶ Nota erūna. i. miseria inopia
calamitas. Et dicit ab e. z rumen q̄si extra rumen. i. cibū
ide erūnosus.

Itē p̄mentus
est plurimum
studio vel do
ctrina i mēte
habitoz i vñū
collectio z p̄z
hoc quilibz li
ber potest di
ci cōmentū. s. z
in nostro vsu
p̄mentū dicit
liber exposito
rius. s. q̄ deser
uit expositiōi
sine alicui⁹ li
bri z nō p̄stru
ctiōi littere z
p̄m hoc potest
sic diffiniri.
Cōmentū est
expositio ver
borum iuctu
ram nō considerans sed sensū

pspicatōe p̄mollitus. Quid eniz
in gymnasioz exercitu lucidius
q̄ in artificiali z nāli p̄gressione
debita cognitio: z q̄ viriū itelli
gentie gradualis exhibitio. Elo
quētie enī partes decenti artifi
cialium z naturalū p̄cessu z p̄spi
cua itelligentie p̄prehēsiōe no
uimus stabiliri. In primis ergo
prima. s. puerozū oblectamenta
sunt p̄libāda. Secūdo videlicet
quāl̄r aduolozū elatio magistra
tui subiūciēda sit z discipline con
nectāda. Tertio de eozū elatio
ne reprimēda exēploz cōmen
datōe disticte exponēdo. Quar

¶ Quid enim in gymnasiozū. In hac parte. Boeti⁹ assi
gnat causam intentiōis sue atq; suscepti operis. proximo
enim dicit q̄ non obstantib⁹ impedimētis tū studiozū
atq; erumnarum multimodis se velle iniunctuz onus ag
gredi. posset quis huiusmodi cām scicitari cui vt satisfaci
at causam reddit. Et duo facit nā primo causam sue intē
tionis atq; suscepti operis explicat. secūdo causaz ipsam
confirmat. secunda ibi eloquentie enim. Dicit ergo p̄mo
antipophorizādo isto modo. quid enim p̄ certe est lucidi⁹
idest splēdidius qua p̄pter et vtili⁹ in exercitu idest exer
citatione gymnasioz idest studioz z trāsuptiue loquit
q̄ debita cognitio i ipō discipulo sciētiaz z doctrinis eru
diēdo in p̄gressione idest profectu artificiali z hoc quo
ad artes z doctrinas. z naturali b̄ q̄ ad mores studio cō
formādos. Aliter etiā exponit ut ad duplicē ordinē ista
referantur scilicet ad ordinē doctrine quo a cōmuniōzib⁹
ad specialioza p̄cedatur p̄m quē dictuz est primo p̄hiscoz
rum inata nobis via ē procedēdi a cōmuniōzibus ad spe
cialioza z ideo dicit artificialiū quod autē subiūxit natu
raliū quo ad ordinē nature dixit q̄ a sp̄aliozib⁹ ad vniuer
salioza fit p̄cessus. ea enim que nobis ignotioza sunt na
ture notissima esse dicūtur: quo fit vt secūdo methaphi
sice dicit. Sicut se habet ocul⁹ niticozicis ad solis lumē
sic se habet intellectus noster ad ea que manifestissima
sūt nature. Deinde sequitur intextu. z insup quid est luci
di⁹ in ipso magistrāte q̄ exhibitio idest subministratio
gradualis. idest bene ordinata viriūz itelligentie scilicet
doctrinaz quasi diceret nihil. Et hui⁹ rationē subiūgēs in
quit. enim. p̄ quia supple nos. Boeti⁹ nouimus stabiliri
idest firmari partes eloquentie in processu. idest ordine
atq; modo debito naturaliū z artificialiū similiter etiā in
comprehensione perspicua idest subtili itelligentia do
ctrinaz. ¶ Notādū q̄ intentio. Boety fuit ruditati eru
diēdozū obuiare atq; eos ab ignorātie nebulis ad apicē
sciētiarū trāsducere. Verū qz modus ordo atq; regula

i hoc potissima forte noscūt iuxta illud. Est ordo summa
limes sapiētis i arte. z item Oratio est modus i rebus
sunt certi deniq; fines. Ultra quos citra que nescit consi
stere rectū. ideo Boetius opus hoc scribēdum assumpsit
in quo modum atq; ordinē tradit quo quisq; faciliter in
culmen sciētiaz eleuat ibiq; constitutus splendidus ce

to de scolariū sagaci p̄uissōe eo
rumq; gradualī statione. Quito
quāl̄r scolariū venerabilis ac sin
cera deuotio ad magistratū p̄fe
renda sit. Sexto de magistratū
norma trinaq; diuisione statuq;
erga subditos modoq; docendi
p̄cognito. Hec autē ad itelligētie
cognitōez suscepim⁹ peragenda
p̄stinā modū tractādi fere omit
tentes nunquam leuiozi stilo pe
ruti: quoniam in maiori parte p̄
rudibus informandis est execu
tio et tanto leuioz dilucidādi de
bet esse translatio. *at translatio*
¶ Finit probemium.

lebris atq; glo
riofus stabiliē
¶ Notādū
gymnasii gymna
dis pugnavel
lura d̄. Et di
cit a gymnos
idest nudus
quia nudi tali
bus in ludis
sueuerunt ex
erceri. inde b̄
gymnasium lo
cus in quo ta
lia quondam
fiebant z hic
facta transū
ptione studiū
scolariū atq;
magroz gyn
nas dicitur at
q; loc⁹ study
ginnasiū z q̄n

q̄ ipsum studiū dicitur vt in p̄posito. qz sicut i palestra
corpus sic in studio anim⁹ exercetur. z inde accidit vt oī
um pene artium exercitium vel locus exercitij gymnasiū
dicatur vt scola: z vt quidā dicunt gymnasiū grece latine
exercitiū dicitur. Notādū inter itellectū itelligentiam
atq; intelligibilitatē hoc iterest. Nā intellectus proprie
vis aie est cōprehensiuā incorporearū substantiaz for
mis subtractarū vel formarū circa eas. Itelligētia ve
ro vis est aie que aspirat vt aliquid circa diuinā substā
tiā cōprehendat. Itelligibilitas vero vis quedā est ani
me oīum formarū in quadā simplicitate p̄plicatiua abs
q; ordine naturali vel tēporali z tali modo sol⁹ de⁹ com
prehendit res qz eas omnes vno ituitu absq; successiōe
dicitur cōprehēdere.

¶ In p̄mis zc. Dec ē sc̄da ps p̄ncipalis bui⁹ p̄hemij i q̄
postq; itentionē suā atq; itentōis sue cām explicuit. nūc
ordinē suscepti operis z quicquid i toto libri processu pa
gendū sit luculēter insinuat. Et diuiditur hec pars i sex
partes. In prima monstrat quid i primo capitulo p̄tra
ctandū sit. In secūda quid i secūdo z sic de singulis. secū
da ibi. secūdo vs. tertia ibi tertio de eoz. quarta ibi. q̄r
to de scolariū. quinta ibi. quito q̄liter. sexta ibi. sexto d̄
magistrantiū zc. Et dicit q̄ in primis. i. i primo capitu
lo oblectamia alias est oblectamenta. i. documenta le
uia pueroz sunt p̄libanda. i. p̄tractanda vel p̄emit
tenda. Et rationē huius ponit Albert⁹ super illo primi
libri p̄hiscoz cū dicitur q̄ pueri primo appellant oēs
viros patres zc. qm̄ ipsi pueri cerebrū hnt būidū ac fri
gidū sic q̄ rerū sensibiliū d̄rias minime capere possunt
sed cum cerebrum i eis magis exsiccat tunc in eis co
gnitō magis erit nota. q̄re a faciliozib⁹ z cōiozib⁹ icho
andū erit ordie ipso doctrine z transeūdū ad difficilio
ra z ad specialioza. hec enī via nobis inata est primo p̄hi
sicoz. secūdo vero videbitur hoc est i secūdo capitu
lo q̄liter elatio. i. superbia aduoloz. i. etate iā maturoz
est subiūciēda. i. supponenda magistratui. z cōnecten

p̄ p̄hiscoz

p̄ p̄hiscoz

Infantia
pueritia
adolescencia
iuuentus
senectus

Capitulum

Et est infantia ipsa prima etatum hominis que septen-
nio durat a quo ichoana pueritia quasi pura ad gignendū
minime apta i quatuordecimum excurrit annum a quo
adolescencia adulta ad gignendū apta que in vicesimum
octauum prorogatur annum. a quo iuuentus incipit vsqz
in quinquagesimū annum protesa z ab hoc senioris etas
quā greci pres-
bitē vocāt su-
mens originē
in senectā hoc
est septuagesimū
annum
pgredit que
nullo annozū
numero perficitur
sed post
quiqz illas eta-
tes quātūcun-

mentū. Legit. n. thimothēi filiū
lepra icūbente castratū lozipedē
gibbo tumētē doctrine mācipa-
tū plebeiā extitisse abiectōez suo-
rūqz socioz stractionē ridiculo-
sā. Similiter ptoxis suburbani fi-
liū canicula istigante lris vidim?

qz vite superest ipsi in labore atqz dolore deputatur.
¶ Notandū qz Boetius dicit sumopere cauendū ne lit-
teris imbuendus mēbroz disproportionem habeat. hec
enim membrorum inepta monstruositas monstrum
in aia iudicare necesse est vti Philemon. Palemon. Lo-
xus. Aristoteles z alij multiplurimi retulerunt. qm aie
ipse sequunt corpa z scdm se non sūt ipassibiles a corpo-
rum motibz: z hoc manifestū fit valde i ebrietatibz z egri-
tudinibus. multū nāqz anime mutatae vident a passioni-
bus corporeis ex quo z illud vulgare sūpsit exordiū. Ru-
sticus i corpe rusticus z in aia. Cum eni mēbroz figuraz
habitu z generent z nutriant ex sanguine. Sicut quo-
qz z spūs qz uehicula sunt virtutū aie ex humore sāguinis
generant. nō est vt ex ipsa mēbrozū habitudine iclina-
tiones passionū cognoscanē ipsāqz aiaz vectam i multis
motū sui vectoris sequat. ppter qd sapiēs ptolomeus di-
xit qz diuinās meli z verius pnunciat accipiēs iudiciū a
stellis scōis scōas vocans stellas figuras z accidētia inue-
ta i rebz pbificis que a supioribus ipressa sunt. hoc eni iā
ipressū scim materie qre p certo pnūciam totū ad acci-
dētia illa eē iclinatū quo z fit vt molles qdē carne aptos
mente dicimus distortūqz vultum sequi distortia mo-
rum. ¶ Notandum circa hoc qz dicit. Et ne temporis i-
temperies zc. sicuti docet Auicenna secunda fen. primi
canonis capitulo qrtō sūme prime qd est de iudicijs tē-
porū z eoz mutatioibz omne tēp qz pplexionē habet. sa-
nam pportionale est ei z ueniēs. cum aut ifariū pplexio
i calore fere tēperato z humiditate fere supflua existat
vt eodē canone fen. i. doctrine pme. capitulo. z. ueniēs
est vt ipso ibuendo pportionale tēpus sue eligat nature
hoc autē iter quattuoz anni tpayē ē a pūcto egnocitāli
icipiēs vsqz quo in mediū thauri deueniēs estate mutet.
Est enim i terris tps hoc tēperatus qm non tātū necesse
sunt res calefaciētes ppter frigū vt fit ide multū curan-
dum neqz euēratio ppter calozē z i ipso qdē est pncipiūz
frondendi arbores z eius tēpus est tempus apud medi-
cos iter eqūlitatē vernalē exiēs aut ante ipaz aut post ipaz
parū donec sol sit i medio thauri qzuis apd astronomos
i estiuū tropicū pmsus extēdat post qd tps tēperiei vici-
nius Autūnus est. reliqz at duo tpa aut excessiuo frigore
aut abūdanti calore itemperiei sunt subiecta. quo fit vt
ibecillis infantia aut vere aut autūno plus tñ vere litteris
dumtaxat mancipetur.

¶ Legitur eni timothēi filiū. In hac pte Boetiū supra-
dicta exēplo corroborat. qliter scz minima. superioz ob-
seruatio magnū periculi dederat incrementū. Et diuidit
in duas ptes p m qz ponit duo exēpla. In prima eni pōit

exemplū quo ad corpis mēbra. In scōa vero quo ad tem-
poris intemperiem. cuitandā. Et secunda pars incipit ibi.
Similiter ptoxis. ¶ Et dicit sic enim pro certe legitur
supple in exemplo filium thimothēi castratum. id est ter-
sticulis erutum z hoc incumbente id est imminente lepra
illo morbo. lozipedem. id est clauduz vel pede tortum. qz

mācipatū. Cū at solita nō gaude-
ret vmbrella ppria vtute dstitū-
tū bictericie pēa pmollitū vitalibz
tādē spiritibz attenuatū limphati-
co morbo occubuit. Ecce qstuz
difficilat mēbroz idēcēs idispo-
sicio z aer itēpies teneritati pue-

pro z tumen-
tem gibbo. i.
struma i dor-
so mancipatū
id est tradituz
doctrine exti-
tisse abiectio-
nem. id est de-
spectionez ple-
beiam. id est
plebis. qz pro z
detractionez.

id est subsannationem ridiculosam sociozū suozū.
¶ Similiter supple alio exemplo vidimus filiolum pto-
ris. id est prepositi suburbani mancipatum litteris can-
cula illa stella instigante. id est furente. autem pro certe
cum subaudi ille ptoxis filiulus nō gauderet. id est fru-
eretur solita vmbrella. id est consueta vmbra. ipse desti-
tutus. id est derelictus propria virtute. qz pro z permolli-
tus. id est afflictus pena. id est morbo bictericie. tandem
id est finaliter attenuatus. id est consumptus spiritibus
vitalibus occubuit. id est vitam clausit morbo limphati-
co. id est aquatico qui est idropisis z reliqui. ecce. id est vi-
de quantum difficultatis indispositio membrorum sup-
ple in thimothēi filio z intemperies aeris subaudi i pre-
toxis filio. contulerunt teneritati puerili. ille nanqz abie-
ctio plebis extitit. hic vero infirmitatibus diem vite sue
miserabiliter clausit. ¶ Nota circa hoc quod dicitur ca-
nicula. Duplex i celo canis ē maior z minor. Maior alio
nomine dicitur Sirius z habet in forma stellas. i. ex-
tra vero. ii. Minor anticanis nominatur stellarum. z.
Cum vero sol canem maiorem intrat calor duplicatur z
egritudines i humanis corporibus generantur quibus
ad exituz multi pereunt z ab hoc cane dies caniculares
dicti sunt. Et de hoc Persius inquit. iam sicca canicula
messes excoquit. z in hunc canem licentia poetica fingi-
tur bicar caniculam fuisse mutatam. ¶ Notandum qz
lepra est morbus consimilis corrumpens figuram z for-
mam et compositionem mēbroz z sic finaliter ipsum
continuum soluens proueniens ex materia melancolica
dispersa per totum corpus. Et hec aut introducit ab
vtero aut post. Si ab vtero hoc est quia generatus est tē-
